



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**REPERTO||RIVM LIBRORVM TRI||VM IOANNIS BOEMI DE  
OM||NIVM GENTIVM RITIBVS,||**

**Boehme, Johann**

**Augustæ Vindelicorum, 1520**

**VD16 VD16 B 6316**

Boemvs Doctori Svo Sagrvm.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98144)

beq; institutis vrbibus egregia multa viderint didicerintq; tantum glorie & maieftatis adiciatur: vt nihil ab eis attentetur: nihil fiat: quod non fecus, q̄ diuinissimo oraculo præceptum alacriter non amplexetur: cunctisq; nõ sume placeat. Quapropter ornatissimè domine Doctor scripta hæc nostra: que ex multis præclarissimis rerum scriptoribus iam triennio ferme non sine maximis laboribus in librum istum collegi, congeffi, & quantum ingenio atq; industria potui augmentaui, a me obujs manibus & serena fronte suscipere velis: susceptaq; tanta diligentia, tanta fidelitate perlegere, perlustrare, examinare, ab omniq; macula expurgare, extergere: vt nihil vsquam prætermittat, nihil præterfluat, quod secum minutuli quippiam subripiat inuoluatq; qd̄ postea a lynceis vitiligatorum obstrigilatorūq; oculis inuentum, sphingis vnguibus enodatum, vipperis linguis compunctū, exhibilatumq; , in fame & nominis nostrorum amborum dispendium, atq; obfuscationem in omnibus triujs pro fabula iactetur: quod vbi diligentissime perfeceris: tum postremum sub dædaleo tuo literario prælo accuratissime imprimere & præfixis singulis libri capitibus imaginibus vti promisisti decorare. Vale præstantissime Doctor & me mutuo ama, Ex Vlma. Anno domini M. D. XX. Kalen. April.

GASPARIS VOLANDII SEV PANGEI  
GRENINGENSIS AD CANDIDVM  
LECTOREM SCAZON.

Aduorte paulisper animum lector: norunt  
Vel saxa: q̄ sancta olim Homericò Vlyssi  
Laus cesserit: q̄ mores hominum multorum  
Cognorit & loca viderit: Sed cur nolis  
Saltem legere: quæ candida dextra Boemus  
Vernante Mufon exerit gaza: ponit  
Situs locorum: hominum mores, leges, ritus,  
Atq; hystoria quicquid tenet: sine quibus non  
Vnquam Ciclum adsequere Pedeias: lector  
Cognosce mi labores optimos: presto est  
Fructus, voluptas & decus, & nomen: Certum est  
Si per laborem quippiam egeris honesti:  
Mox labor aberit: at decus aderit immortale:  
Sin turpia vnquam per voluptatem tractes:  
Fluet voluptas cito: superuiuet turpe.  
Matura,

BOEMVS DOCTORI SVO SAGRVM

Hos hominum mores ritusq; situsq; locorum  
Acceptos a me splendide Doctor habes:

Tris totos annos ex magnis scripsimus illos  
 Authorum magna sedulitate libris :  
 Quauiter euoluas foliatim cuncta: sequetur  
 Non minus insignis lausq; decusq; tibi  
 Quae quondam erranti per mundum cessit Vlyssi  
 Aeneaq; pio Thyrsigeroq; deo.

IOANNES HIERSDORF CIVIS ME  
 MINGENSIS LECTORI.

Totius hic liber orbis habet mores faciemq;  
 Atque hominum quicquid discolor vsus habet :  
 More suo quaeuis gens est depicta: nec vlllo  
 Tale quidem in lucem tempore venit opus :  
 Quale vides praesens: breuibus nam plurima: sparsim  
 Nempe alias magno lecta labore: tenet  
 Hercle tulit multos auctor mihi crede labores:  
 Quare illi grates gratus amice refer.

IOANNES CLAVVS PHILEREMVS  
 BOEMO SVO.

Multorum trifido populorum quisquis in orbe  
 Multiplices mores iuraq; nosse volet  
 Hunc nitide scriptum multo sudore libellum  
 Sedulus euoluat docte Boeme tuum  
 Qui breuis & doctus complectitur vndiq; mores  
 Et ritus varios & loca multa soli  
 Pluribus e grauibus scriptoribus ista fateris  
 Te sumplisse breui conspicienda libro  
 Perpetuas igitur lectores dicere grates  
 Debent merito docte Boeme tibi.

EIVSDEM AD LECTOREM

Omnia per mundi sinuosi climata mores  
 Cunctarum hoc lector codice gentium habes  
 Perlege dignanter dedit hosce Poeta Boemus  
 E varijs claris lector amice libris.

GEORGIVS CLAVVS PHILARETVS.

Si totum regionatim peragraueris orbem  
 Vt mores hominum noscere mille queas  
 Vt mage vel prudens Ithacensi habearis Vlysse  
 Certior hoc ( credas ) non eris ipse libro